Nobili Georgio de Baysen tenutario Tolkyemyten eximer bona nra Regalia villas videlt Conradswalt et Reichenaw in districtu Tolkyemythen sit, de manibus famosi Simonis Rebernwald Civis ac Consulis Elbingen, consensimus, admisimus, consentimusq et admittimus per pntes in sumis pecuniarum in et super pfatis bonis per pdecessores nros iuste et legitime inscriptis, nullam illaru adaugen per ipm Georgium tenen, haben, utifruen, pacifice & quiete possiden, cum omni iure, dominio & proprietate usq ad plenariam exolutionem summarum pdictar in eisdem bonis inscriptar. Quae dum per nos aut succores nros exolute fuerit, extunc bona pdicta ad nos aut succores pleno iure devoluentur, et redibunt. Iuribus ad nris Regalibus et Stacionibus per oia salvis. Harum qbus in testimonium signetum nrm anullare est subappensu lrarum Dat Cracoviae feria quinta ipso die Ascensionis dni. Anno eiusdem

1496. millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Regni vero nostri anno qrto.

Commissio propria Dni Regis.

Consensus ad eximendum Oppidum Tolkemit una cum villis Conradswald et Reichnaw, ac alijs ad idem Oppidum spectan, pro Luca Epo Warmien, et successoribus

E. Alexander Dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiaeq Dns et haeres etc. Significamus tenore pntium quibus expedit universis. Quia annuentes pcibus Rdi in Chro pris Dni Lucae Epi Warmien consensimus ei et pntibus lris consentimus oppidum nrm Tolkemith cum villis Cunradswald, Raichnaw et alijs ad Oppidum illud spectan, et piscaturis ad ipsum pertinentibus, de manibus Generosi Georgij de Baysen tenutarij Castri nri Sthum: redimere, per ipsum Dnm Lucam Epum et suos succores Episcopos Warmien pro tpe exntes opidu praedictum cum omni iure dominio et proprietate ats iuxta effectum lrarum originalium desuper datarum, tenen, haben, utifruen et quiete possiden usq ad plenariam praedictae summae in hisdem

originalibus lris descriptae per nos vel nros succores supradicto
Rndo Epo vel eius succoribus solucom Juribus nris Regalibus
semper saluis. Harum quibus Sigillum anulare nostrum
est subappensum, testimonio lrarum. Dat Wilne feria sexta
ante festum Pentecostes proxima. Anno Dni Millesimo quin-
1503. gent. tertio. Regni vero nri scdo

Alexander dei gra Rex
manu propria sst.

Ad mandatum Re-
giae Mtis.

Rta

Donatio Tolkemith districtus et xl Ken-
tet cum confirmatione priuilegiorum Ecclia.

F. In nomine dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam, et
si Regalis Mtatis benignitas, de innata pietatis clementia, omnium
subditorum comodis vigilanter intendere debeat: ad illorum ta-
men quietem et statum tranquillum, singlari dignationis affe-
ctu, propensius merito inclinari debet, quos amplioris sedulitate
et fidei, grata comendat constantia. Itaq nos Sigismundus
dei gratia Rex Polomiae, magnus dux Lituaniae, necnon terrarum
Cracouiae, sandomiriae, Siradiae Lancitiae, Cuyaniae, Russiae, Pru-
ssiae, ac Culmen, Elbingen. Pomeraniaeq Dns et haeres etc. Si-
gnificamus tenore pntium quibus expedit vniuersis pntibus
et futuris pntium noticiam habituris. Quia consideratis mul-
tiplicibus probitatis meritis, Rndi in Christo patris Dni Lucae
Episcopi Warmien, quibus ipse constanti animo nrm et regni
nostri honorem & statum prosecutus est hactenus, et auctore
domino feruentius in tempus posterum prosequetur: sibi et succe-